



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quae personae possunt contrahere matrimonium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

fornicari & cetera. & de Susanna Daniel. 13. illi timebant Deum, & ideo abstinebant.

CAPVT XV.

ARGVMENTA.

1. *Quae persona possunt contrahere matrimonium.*
2. *Quod parentes non debent cogere filios ad matrimonium illius aut alterius personae, sed liberum permittere.*
3. *Quod filij sine parentum consensu non debent contrahere.*

Matrimonium est combinatio animorū ex consensu viri & mulieris, ac cohabitatio secundum Dei ordinationem, usque ad mortem. Rom. 7. Mulier mortuo viro soluta est à lege, Gen. 1. benedixit eis Deus, inquit: Crescite & multiplicamini. & in eum finem, ut crescerent, & genus humanum multiplicaretur, creauit eos masculum & foeminam. Et cum Deus instituerit matrimoniū, vult etiam ut copulatio fiat honestè & cum ordine, ut masculus non quamlibet personā ducat, nec quilibet persona cuius masculo nubat, sed licitum sit tantum eis, ubi nullum obstat impedimentū. Prohibetur ergo personae quaedam à contrahendo cum aliquibus matrimonio, ex diuina ordinatione & precepto propter sanguinis propinquitatē & affinitatem: Deinde quaedam personae prohibentur ex lege humana & ordinatione Ecclesiae: Personae prohibita à Deo, sunt octo, ut Leuit. 18. scilicet Mater, nouerca, soror, soror nouerca, soror matris, filij mei filia vera vel priuigna, soror patris: haec personae non possunt à quoquam duci ex diuina ordinatione

tione & sanguinis ratione. Sed ratione affinitatis na-
 mo ducere debet vxorem fratris patris sui, vxorem
 filij sui, vxorem fratris sui, filiam suam priuignam,
 filij priuigni sui filiam, vxoris suæ sororem interin-
 dum viuit. Omnes hæ personæ prohibentur ratione
 affinitatis à Deo. Aliæ verò personæ legitimè po-
 sunt duci ex diuina permissione. Sed quò amicitia
 possit extendi, & eo esse extensior, quando propin-
 aliàs se naturaliter diligunt & mutuo iuuant, statuit
 Ecclesia non contrahi debere matrimonia in tertio
 aut quarto gradu sine dispensatione. Igitur vltra
 la impedimenta, quæ in Leuitico exprimuntur, sunt
 alia quæ certas habent rationes, vt error, quando Ca-
 tharina desponsatur, & Barbara apponitur, sicut Le-
 pro Rachel fuit iacob apposita. Gen. 29. Conditio,
 si liberam dixissem, & postea agnoscerem esse pri-
 priam seu seruam. Votum, quo se quis primùm Deo
 vouit: Crimen, vt si quis carnaliter cognouerit an-
 cillam, is non potest in vxorẽ ducere illius puellæ sor-
 rorẽ: item qui peccat cum muliere, is eam etiã post
 mortẽ viri non potest habere in vxorẽ: item si mulier
 virũ suũ veneno sustulerit, nec hanc potest postea ha-
 bere, sicut Dauid peccat cum Bersabea &c. nõ debuit
 fet virum illius occidisse, vt ea potiretur. Cognatio
 spiritualis, vt si leuãsssem ancillam ex Baptismo, aut
 ad confirmationem duxissem, non possum eam ducere.
 Cultus disparitas, vt si vellem ducere iudeam,
 Turcam, Gentilem vel hæreticam. Ligamẽ, vt si quis
 vni puellæ vouit, & postea alteram ducit. Honestas,
 vt si sponsa moritur antequàm nuptiæ celebrantur,
 non possum contrahere vsq; ad tertium & quartum
 gradum illius defunctæ: sic est affinitas vsq; in tertio
 & quartum gradum. Ordo, quia talis in ordinatione
 vouit: etiam quando quis nequit rem habere cum vx-
 xore. Hæc impedimẽta sunt ex constitutione humana
 facta ad honorem Matrimonij, ne cum leuitate illi-

Dei ordinatio labefactetur, id quod Apostolus iubet
1. Cor. 14. omnia debere decenter & honestè, id est, si-
ne scandalo fieri &c.

Secundo, parentes peccant si filios suos cogunt ^{2.}
propter diuitias aut aliam ob causam ad matrimo-
nium huius vel illius personæ, maximè quandò con-
scientia & amor reclamationat, Apostolus 2. Corint. 13. in-
quit, Potestas, scilicet ad regendum animas, non est
data in destructionem, sed in ædificationem. Ideò pa-
rentum potestas non extendit se amplius, nisi quan-
tùm filijs cõducit ad ædificationem cõscientiæ ipso-
rum & animæ salutē. Qui ergò cogit filiũ suũ, vt hãc
ducat, velit nolit, & vbi nec amor nec gaudium appa-
ret, facit Tyrannicè, & abutitur sua potestate, & par-
ticeps erit omnium malorum quæ postea euenient.
Nec viri potestas est erga vxorem ad destructionem
conscientiæ, sed ad ædificationem. Nec regis pote-
stas est in subditos ad destructionem contra conscien-
tiam animarum salutem, sed ad ædificationem: aliàs
dicendum est, oportere Deo magis obedire quàm ho-
minibus, Actorum quinto. Quòd si filius obedierit
aut filia parentibus secundum illud Euangelij dictũ,
Matth. 5. Si quis te adegerit ad vnum milliare, vade
cum illo & alia duo: quia Christianus debet pati ini-
uriam, & nulli facere: attamen parentes nõ sunt ex-
cusati à peccato. Deus non coëgit Adam, sed osten-
dit solum ipsi Euam suam, Genes. 2. Ideò tales filij
coacti hoc faciunt, & habent patientiam cum Iacob,
qui postquàm septem annis seruisset pro Rachele,
quam amabat, obrusa ei fuit Lia lippis oculis, Gen.
29. Sed commisit hoc Deo, & Deus fuit cum illo.

Tertiò, filius aut filia non debet contrahere voto ^{3.}
cum aliquo sine scitu aut consensu parentum: nam
Dei est præceptum, Honora patrem & matrem &c. et.
nec habetur exemplum in tota scriptura, quòd vo-
uerint filij aut contraxerint soli inconsultis paren-
tibus,